# Badische Landesbibliothek Karlsruhe

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**


## Biblia, lat

**Menardus <Eisnacensis>**

**[Basel], 8. Sept. 1477**

Exo Dvs

urn:nbn:de:bsz:31-295433

Visual Library

Sumeſq; duos lapides onichios ⁊ ſculpes i
eis noīa filioꝝ iſrl': ſex noīa in lapide vno ⁊
ſex reliq̄ in altero iuxta ordinem natiuitatis
eoꝝ. Ope ſculptoris et celatura gēmarij:
ſculpes eos nominibus filiorum iſrl': incluſos
auro atq; circūdatos: et pones i vtroq; la
tere ſuperhumeralis memoriales filijs iſra
hel. Portabitq; aaron noīa eoꝝ coram do=
mino ſup vtrūq; humeꝝ ob recordatōnez.
Facies ⁊ vncinos ex auro et duas catenu=
las auri puriſſimi ſibi inuicem coherentes:
quas inſeres vncinis. Racōnale q̄z iudicij
facies ope polimito iuxta texturā ſup hu=
meralis: ex auro iacito: et purpura cocco=
q; biſtincto et biſſo retorta. Quadrangu=
lum erit et duplex. Menſuram palmi hēbit
tam in longitudīe q̄z in latitudīe: ponesq; i
eo q̄tuor ordīnes lapidū. In p̄mo v̄ſu erit
lapis ſardi9 ⁊ thopaſius ⁊ ſmaragdus. In
ſecūdo carbūculus ⁊ ſaphirus ⁊ iaſpis. In
tercio ligurius achates et ametiſtus. In
quarto criſolitus onichinus et berillus. In
cluſi auro erūt p ordines ſuos. habebuntq;
nomina filioꝝ iſrl'. Duodecim nominibꝰ ce
labūtur. ſinguli lapides noībꝰ ſinguloꝝ: p
duodeci t̄bꝰ. Facies in rōnali cathenas ſi=
bi inuicē coherentes: ex auro puriſſimo. et
duos ānulos aureos q̄s pones in v̄tq; rō=
nalis ſūmitate: cathenas q; aureas iūges
ānul' q̄ ſūt in marginibꝰ ei9 ⁊ ip̄aꝝ cathena
rū extrema duobꝰ copulab̄ vncinis i vtro
q; latere ſuphumeral' qđ rōnale reſpic̄. Fa
cies ⁊ duos ānulos aureos q̄s pones in ſū=
mitatibꝰ racōnalis ⁊ i oris q̄ eregione ſūt
ſuphumeral' ⁊ poſteriora ei9 aſpiciūt: nec
nō ⁊ alios duos ānulos aureos. q̄ ponēdi ſūt
in vtroq; latere ſuphumeral' deōſū. qđ re=
ſpicit ɔt̄ faciē iūcture inferioris vt aptari
poſſit cū ſuphumerali ⁊ ſtringat̄ racōnale
ānul' ſuis cū ānulis ſuphumeral' vitta ia=
cīntina: vt maneat iūctura fabrefacta et
a ſeiuicē racōnale ⁊ ſuphumerale neq̄ant
ſeparari. Pōtabitq; aarō noīa filioꝝ iſrl'
in racōnali iudicij ſup pect9 ſuū. qn̄ igredie
tur ſācūariū: memoriale corā dn̄o ineťnū
Pones aūt in racōnali iudicij doctrinā et
veritatē. q̄ erīt in pectore aarō qn̄ ingredie
tur corā dn̄o: et geſtabit iudiciū filioꝝ iſ=
rahel i pectore ſuo. i ɔſpectu dn̄i ſēp. Facies
⁊ tunicā ſuphumeral' totā iacītinā: in cui9
medio ſup̄. erit capiciū ⁊ ora p gir̄ ei9 tex
tilis. ſicut fieri ſolet in extremis veſtiū p̄ti
bꝰ: ne facile rūpat̄. Deorſum vero ad pedes
eiuſdē tunice p circūituz q̄ſi malapunica fa
cies. ex iacito ⁊ purpura ⁊ cocco biſticto.
⁊ biſſo retorta: mixtis i medio tintinnabu
lis: ita vt tintinnabulū ſit aureum ⁊ malū
punicū. rurſūq; tintinnabulū aliud aureū
et malūpunicū. Et veſtiet̄ ea aaron in offi=
cio miſterij: vt audiat̄ ſonit9 qn̄ ingredit̄ ⁊
egredit̄ ſanctuariū. i ɔſpectu dn̄i: et nō mo=
riat̄. Facies et laminā de auro puriſſimo: in
q̄ ſculpes ope celatoris ſanctum dn̄o. Liga
biſq; eā vitta iacintina: et erit ſup thyarā
īminēs fronti pontificis. Portabitq; aaron
iniq̄tates eoꝝ. q̄ obtulerūt ⁊ ſanctificaue=
runt filij iſrl': i cunctis muneribꝰ et donarijs
ſuis. Erit aūt lamina ſemp in frōte eius: vt
placat9 ſit ei dn̄s. Stringesq; tunicā biſſo:
⁊ thyarā biſſinā facies ⁊ baltheuz ope plu=
marij. Porro filijs aarō tunicas lineas pa=
rabis ⁊ baltheos. ac thiaras in gloriā ⁊ de
corē: veſtiesq; hijs oīnibꝰ aarō frēm tuū. et
filios ei9 cū eo ⁊ cūctoꝝ ɔſecrab̄ man9: ſā=
ctificabiſq; illos. vt ſacerdocio fungantur
michi. Facies et feminalia linea vt operiant
carnē turpitudis ſue a renibꝰ vſq; ad femo
ra: ⁊ vtent̄ eis aarō ⁊ filij ei9 qn̄ ingrediēt̄
tab̄naculū teſtimonij. vl' qn̄ appropinquant
ad altare vt miniſtrēt i ſanctuario: ne iniq̄
tatis rei moriant̄. Legitimū ſempiternuz
erit aarō: ⁊ ſemini ei9 poſt eum.

## CA. XXIX

Ed ⁊ h̄ facies: vt m̄ in ſacerdocio cō
ſecrent̄. Tolle vitulū de armēto. et
arietes duos immaclatos: paneſq; azimos
⁊ cruſtulā abſq; fermēto. q̄ ɔſperſa ſint oleo:
lagana q̄z azima. oleo lita. De ſimila triti=
cea cuncta facies: ⁊ poſita in caniſtro offe=
res: vitulū aūt ⁊ duos arietes. ⁊ aarō ac fi
lios eius applicab̄ ad oſtiū tab̄naculi teſti=
monij. Cūq; laueris prēm cū filijs ſuis aq̄.
indues aarō veſtimētis ſuis id ē linea ⁊ tu=
nica. et ſuphumerali ⁊ racionali qđ ɔſtrin=
ges baltheo: ⁊ pones thyarā i capite eius: ⁊
laminā ſanctā ſup thyarā. ⁊ oleū vnctionis
fundes ſup caput ei9 atq; h̄ ritu ɔſecrabit̄.
Filios q̄z illi9 applicab̄ et indues tunicis li=
neis: cingeſq; baltheo. aarō ſcilicz ⁊ liberos
ei9 ⁊ impones eis mitras: eruntq; ſacerdo=

tes in̄ religiõe perpetua. Poſtq̄ȝ iniciaueris
manꝰ eoꝝ. applicabis et vitulū corā taber
naclo teſtimonij Imponetq; aarō ⁊ filij eiꝰ
manꝰ ſup caput illiꝰ: et mactab eū in ꝯſpe
ctu dn̄i: iuxta oſtiū tabnacli teſtimonij: ſū-
ptūq; de ſāguie vituli: pones ſup cornua al
taris digito tuo. reliquū āt ſanguiē fūdes
iuxta baſim eiꝰ Sumes ⁊ adipē totū q̇ ope
rit inteſtina. ⁊ reticulū iecoris. ac duos re
nes. ⁊ adipem q̇ ſup eos eſt ⁊ offeres incen
ſum ſuper altare: carnes v̓o vituli ⁊ corium
⁊ fimum obures foris extra caſtra: eo q̄ ꝓ
pctō ſit. Vnū q; arietē ſumes. ſup cuiꝰ ca-
put ponent aarō ⁊ filij eiꝰ manꝰ: quē cum
mactaueris: tolles de ſanguine eiꝰ ⁊ fundes
circa altare: ipm aūt arietē ſecab i fruſta
lotaq; inteſtina eiꝰ et pedes pones ſup con-
ciſas carnes. ⁊ ſup caput illiꝰ: ⁊ offeres to
tum arietē i incenſum ſup altare. Oblatio
eſt dn̄o: odor ſuauiſſimꝰ victime dn̄i. Tol-
les q; arietē alterū: ſup cuiꝰ caput aarō et
filij eiꝰ ponēt manꝰ Quē cū immolaueris.
ſumes d̓ ſanguine eiꝰ. ⁊ pones ſup extremū
auricule dextre aarō ⁊ filiorū eiꝰ. ⁊ ſup polli
ces manꝰ eoꝝ ac pedis dextri: fūdeſq; ſan-
guinē ſup altare ꝑ circuitū Cūq; tuleris d̓
ſāguine q̇ eſt ſup altare. ⁊ de oleo vnctiōis
aſperges aarō ⁊ veſtes eiꝰ. filios ⁊ veſtimē
ta eoꝝ. Cōſecratiſq; ipis et veſtibꝰ. tolles
adipē de ariete. ⁊ caudā ⁊ aruinā q̄ opit vi
talia. ac reticlm iecoris. ⁊ duos renes atq;
adipē q̇ ſup eos ē. armūq; dextrū eo q̄ ſit
aries ꝯſecratōis tortāq; pais vniꝰ. cruſtu-
lam ꝯſperſā oleo: laganū de caniſtro azimo
rū qd̓ poſitū ē in ꝯſpectu dn̄i: poneſq; omnia
ſup manꝰ aarō et filiorū eiꝰ. ⁊ ſāctificabis
eos. eleuās corā dn̄o Suſcipieſq; vniuerſa
de manibꝰ eoꝝ ⁊ incēdes ſup altare in olo-
cauſtū: odorē ſuauiſſimū i ꝯſpectu dn̄i: quia
oblatō eiꝰ ē. Sumes q; pectuſculū de ariete
q̄ iniciatꝰ ē aarō: ſāctificabiſq; illud eleua-
tū corā dn̄o: ⁊ cedet i ptē tuā. Sanctifica
biſq; ⁊ pectuſculū ꝯſecratū ⁊ armū quē de
ariete ſeparaſti. q̄ iniciatꝰ ē aarō ⁊ filij eiꝰ:
cedentq; i ptē aarō ⁊ filiorū eiꝰ iure perpe-
tuo a filijs iſrl̄: qr p̄matiua ſunt ⁊ inicia d̓ vi
ctimis eoꝝ pacificis q̄ offerēt dn̄o. Veſtem
aūt ſanctā q̄ vtet̄ aarō. habebūt filij eiꝰ pꝰ
eū. vt vngāt̄ i ea: ⁊ ꝯſecrent̄ manꝰ eorum.
Septē diebꝰ vtet̄ illa q̄ pōtifex ꝓ eo fuerit
ꝯſtitutꝰ de filijs eiꝰ: ⁊ q̇ ingrediet̄ tabnacu
lū teſtimonij vt miniſtret i ſāctuario Arietē
aūt ꝯſecratōis tolles: ⁊ coques carnes eiꝰ i
loco ſācto. q̄bꝰ veſcet̄ aarō ⁊ filij eius. Pa-
nes q; q̇ ſunt i caniſtro. i veſtibulo taberna
culi teſtimonij comedēt. vt ſit placabile ſa
crificiū: ⁊ ſanctificēt offerentiū manꝰ alie
nigena nō veſcet̄ ex eis: qr ſācti ſunt. Qd ſi
remāſerit de carnibꝰ ꝯſecratis ſiue de pani-
bus vſq; mane: obures reliquias igni nō co
medent̄: qr ſāctificata ſunt. Omīa q̄ p̄cipio
tibi facies ſup aarō ⁊ filijs eiꝰ. Septē die-
bus ꝯſecrab manꝰ eoꝝ: ⁊ vitulū ꝓ pctō of
feres ꝑ ſingulos dies ad expiandum Mun-
dabiſq; altare cū immolaueris expiationis
hoſtiā: ⁊ vnges illud in ſanctificatōē Sep
tē diebꝰ expiabis altare ⁊ ſanctificabis: et
erit ſanctū ſāctoꝝ Omīs q̇ tetigerit illud.
ſāctificabit̄. Hoc ē quod facies i altari Ag
nos anniclos duos ꝑ ſingulos dies iugiter
vnū agnū mane ⁊ alterū veſpere: decimā pā
tem ſile ꝯſperſe oleo tūſo qd̓ habeat mēſurā
q̄rtā ptē hin: ⁊ vinū ad libandū eiuſdē me
ſure. in agno vno. Alterū v̓o agnū offeres
ad veſperā. iux̄ ritū matutine oblatōis. et
iuxta ea q̄ diximꝰ i odorē ſuauitatis. Sacri
ficiū dn̄o deo ē oblatōe ꝑpetua i gn̄ationes
vr̄as. ad oſtiū tabernacli teſtimonij coram
dn̄o: vbi ꝯſtituā vt loq̄r ad te Ibiq; p̄cipiā
filijs iſrl̄: et ſāctificabit̄ altare in gl̄a mea.
Sāctificabo ⁊ tabernaclm teſtimonij cū al-
tari. et aarō cū filijs ſuis: vt ſacerdoti o fū-
gant̄ m̄. Et habitabo in medio filiorū iſrl̄:
eroq; eis deꝰ: ⁊ ſciēt q̄a ego dn̄s deꝰ eoꝝ q̇
eduxi eos de t̄ra egipti. vt manerē int̄ illos
ego dn̄s deꝰ ipſoꝝ.

CA. XXX.

Acies q; altare ad adolendū thymi
F ama de lignis ſethī: hn̄s cubitū lō-
gitudinis. ⁊ alterū latitudīs. et q̄-
drāgulū. et duos cubitos i altitudīe. Cor-
nua ex ipō ꝓcedent: veſtieſq; illud auro pu-
riſſimo. tā craticulā eiꝰ q̄ parietes per cir-
cuitū et cornua. Facieſq; ei coronā aureolā
ꝑ gyrū: et duos anulos aureos ſub corona
ꝑ ſingla latera: vt mittāt̄ i eos vectes. et al
tare portet̄. Ipos q; vectes facies de lignis
ſethim: et inaurabis. Poneſq; altare cont̄
velū quod añ archā pēdet teſtimonij. corā
ꝓpiciatorio q̇ tegit̄ teſtimoniū. vbi loquar
tibi: ⁊ adolēbit incēſuȝ ſup eo aaron. ſuaue i

fragrās· Mane qn̄ ꝯponet lucnas ·īcēdet il
lō:⁊ qn̄ collocat eas ad veſperū vret thimi
ama ſēpiternū corā dn̄o in generatiōes ve
ſtras Nō offeretis ſup eo thimiama ꝯpoſi-
tōis alteriꝰ:nec oblatiōeȝ ⁊ victimā· nec li
ba libabitis Et dep̄cabit̄ aarō ſup cornua
eiꝰ ſemel ꝑ annū· in ſanguie qđ oblatū ē ꝓ
peccato: ⁊ placabit ſup eo i gn̄atiōib̄ vr̄is
Sanctū ſanctoꝝ erit dn̄o· Locutuſqꝫ ē do-
minꝰ ad moyſen dicēs Quādo tuleris ſum
mā filioꝝ iſrl̄ iuxt̄ numeꝝ dabūt ſinguli p̄ci
um ꝓ aīabus ſuis dn̄o:⁊ nō erit plaga i eis
cū fuerit recēſiti· Hoc aūt dabit oīs q̄ trā
ſit ad nomē:dimidiū ſicli iuxta mēſurā tem
pli Siclus viginti obulos hꝫ· Media pars
ſicli offeret̄ dn̄o Qui hētur in nūo a viginti
ānis et ſup̄ dabit p̄ciū· Diues nō addet ad
mediū ſicli:et paup̄ nichil minuet Suſcep-
tāqꝫ pecuniā q̄ collata ē a filijs iſrl̄· trades
in vſus tabnaculi teſtimonij· vt ſit moimē
tū eoꝝ corā dn̄o:⁊ ꝓpiciet̄ aīabus eoꝝ· Lo
cutuſqꝫ ē dn̄s ad moyſen dicēs· Facies ⁊ la
biū eneū cū baſi ſua ad lauandū:ponesqꝫ il
lud int̄ tabnaclm̄ teſtimonij et altare· Et
miſſa aq̄ lauabūt i ea aarō ⁊ filij eiꝰ manꝰ
ſuas ac pedes:qn̄ ingreſſuri ſūt tabnaculuȝ
teſtimonij·⁊ quādo acceſſuri ſunt ad altāe:
vt offerāt in eo thymiama dn̄o:ne forte mo
riant̄· Legittimū ſempit̄nū erit ipſi et ſemi
ni eiꝰ· ꝑ ſucceſſiōes Locutꝰqꝫ ē dn̄s ad mo
yſen dicēs· Sume tibi aromata· p̄me mirre
et electe qn̄gentos ſiclos· ⁊ cinamomi me-
diū id ē ducētoſquiquagita ſiclos:calami ſi
milit̄ ducētoſ q̄nq̄ginta ſiclos· caſſie aut qn̄
gētos ſiclos in pondere ſāctuarij:oleū d̄ oli
uetis mēſurā hin· Facieſqꝫ vnctionis oleuȝ
ſanctū· vngētū ꝯpoſitū ope vnguētarij:et
vnges ex eo tabnaculū teſtimonij· ⁊ archā
teſtamēti· mēſaȝqꝫ cū vaſis ſuis· cādelabrū
et vtenſilia eiꝰ altaria thymiamatis et olo
cauſti· et vniūſam ſuppellectilē que ad cul-
tum eoꝝ ptinet:ſanctificabiſqꝫ oīa· et erūt
ſancta ſanctoꝝ· Qui tetigerit ea ſanctifica
bit̄ Aaron et filios eiꝰ vnges:ſanctificabiſ
qꝫ eos vt ſacdotio fūgant̄ michi Filijs qꝫ iſ
rahel dices Hoc oleū vnctiōis ſanctuȝ erit
michi in generatiōes veſtras· Caro hoīs
nō vnget̄ ex eo:et iuxta cōpoſitiōem eiꝰ nō
facietis aliud q2 ſanctificatū eſt:et ſanctuȝ
erit vobis· Homo q̄cūqꝫ tale ꝯpoſuerit·⁊ de
derit ex eo alieno:extēminabit̄ de ꝓplo ſuo·
Dixitqꝫ dn̄s ad moyſen· Sume tibi aroma
ta ſtacten· et onichā galbanū boni odoris·
et thus lucidiſſimū:eq̄lis ponderis erūt oīa
Facieſqꝫ thimiama ꝯpoſitū ope vnguēta-
rij mixtū diligent̄· et purū:⁊ ſanctificatiōe
digniſſimū· Cūqꝫ in tenuiſſimū puluerē vni
ūſa ꝯtuderis pones ex eo corā tabnaclo teſti
monij:in q̄ loco apparebo tibi Sanctū ſan-
ctoꝝ erit vobis thimiama· Talē ꝯpoſitiōeȝ
nō facietis in vſus vr̄as:q2 ſc̄m ē dn̄o Ho
mo q̄cūqꝫ fecerit ſimile vt odore illiꝰ ꝑfrua
tur:pibit de ꝓplis ſuis· CA· XXXI·

Locutuſqꝫ ē dn̄s ad moyſen dicens
Ecce vocaui beſeleel ex noīe filiuȝ
huri filij hur de tribu iuda:et iple-
ui eū ſpiritu dei· ſapiētia ⁊ intelligētia ⁊ ſci
ētia:in oī ope· ad excogitādū q̄dq̄d fabre
fieri poteſt ax auro ⁊ argēto ⁊ ere· marmo
re· et gēmis· et diūſitate lignoꝝ· Deditqꝫ
ei ſociū ooliab filiū achiſamech:de t̄bu dā
Et in corde oīs eruditi poſui ſapientiaȝ· vt
faciāt cūcta q̄ p̄cepi tibi:tabernaclm̄ fede-
ris· et archā teſtimonij et ꝓpiciatoriū qđ ſu
per eā eſt:et cūcta vaſa tabernacli· mēſam
qꝫ et vaſa eiꝰ· cādelabꝝ puriſſimū cū vaſis
ſuis:⁊ altaria thimiātis ⁊ olocauſti· ⁊ oīa
vaſa eoꝝ:labiū cū baſi ſua:veſtes ſanctas
in miſterio aaron ſacdoti et filijs eiꝰ vt fun
gant̄ officio ſuo in ſacris:oleū vnctionis· ⁊
thimiama aromatū in ſanctuario Oia que
p̄cepi tibi faciēt Et locutus ē dn̄s ad moy
ſen dicēs Loq̄re filijs iſrl̄:et dices ad eos
Videte vt ſabbatū meū cuſtodiatis:q2 ſi-
gnū eſt int̄ me ⁊ vos in gn̄ationib̄ vr̄is:vt
ſciatis q2 ego dn̄s q̄ ſanctifico vos· Cuſto-
dite ſabbatū meū Sanctū eſt̄ ē vobis Qui
polluerit illud:morte morietur· Qui fecerit
opꝰ in eo:pibit aīa illius de medio ꝓpli ſui·
Sex dieb̄ facietis opꝰ:in die ſeptio ſabba
tū ē:reques ſancto dn̄o· Oīs qui fecerit opꝰ
in hac die· moriet̄· Cuſtodiant filij iſrl̄ ſab-
batū:et celebrēt illđ i gn̄ationib̄ ſuis· Pa
ctū ē ſempiternū int̄ me et filios iſrl̄:ſignū
qꝫ perpetuū· Sex eīn dieb̄ dn̄s fecit celū et
t̄ram:et in ſeptio ab omni ope ceſſauit De
ditqꝫ dn̄s moyſi cōpletis huiuſcemōi ſmo-
nib̄ in mōte ſynai duas tabalas teſtimo-
nij lapidas:ſcptas digito dei·

CA· XXXII·

Videns aūt ꝑplus ꝙ morā faceṙet mo
v pſes deſcēdendi de mōte: ꝯgregatꝰ
adūſus aaron dixit Surge: fac no
bis deos qui nos p̄cedant· Moyſi em̄ viro
huic q̄ nos eduxit de t̄ra egipti: ignoramꝰ
q̄d acciderit Dixitq; ad eos aaron Tollite
inaures aureas· de vxoꝝ filioꝝq; et filiaꝝ
veſtrarum auribꝰ: ⁊ afferte ad me Fecit po
pulꝰ que iuſſerat: deferēs inaures ad aarō·
Quas cū ille accepiſſet formauit ope fuſo·
rio: et fecit ex eis vitulū ꝯflatilem· Dixerūt
q; Hij ſūt dij tui iſrl̄: qui te eduxerūt de ter
ra egipti· Quod cū vidiſſet aaron edifica·
uit altare corā eo: et p̄conis voce clamauit
dicēs· Cras ſolēnitas dn̄i eſt Surgenteſq;
mane obtulerūt olocauſta ⁊ hoſtias pacifi
cas: et ſedit ꝑplus mādūcare ⁊ bibere: ⁊ ſur
rexerūt ludere· Locutꝰ ē aūt dn̄s ad moyſē
dicēs· Vade deſcende: peccauit ꝑplus tuus
quē eduxiſti de t̄ra egipti· Receſſerūt cito
de via quā oſ̄ndiſti eis Fecerūtq; ſibi vitulū
ꝯflatilē ⁊ adorauerūt: atq; imolantes ei ho
ſtias dixerūt Iſti ſūt dij tui iſrl̄: qui te edu
xerūt de terra egipti Rurſumq; ait dn̄s ad
moyſen· Cerno ꝙ ꝑplus iſte dure ceruicis
ſit Dimitte me vt iraſcat̄ furor meꝰ ꝯt̄ eos
et deleā eos: faciamq; te in gentē magnaꝫ·
Moyſes aūt orabat dn̄m deū ſuū dicens·
Cur dn̄e iraſcitur furor tuꝰ ꝯtra populū tu
um· quē eduxiſti de terra egipti: in fortitu·
dine magna et in manu robuſta: Ne queſo
dicant egiptij: callide eduxit eos· vt interfice
ret in montibus: et deleret e t̄ra Quieſcat
ira tua: et eſto placabilis ſup nequicia ꝑpli
tui· Recordare abrahā et yſaac et iſrl̄ ſuo
rū tuoꝝ: quibꝰ iuraſti ꝑ temetipm̄ dicens·
Multiplicabo ſemē veſtrū ſic̄ ſtellas celi: et
vniūſam t̄ram hanc de q̄ locutus ſum dabo
ſemini veſtro et poſſidebitis eā ſemp Placa
tuſq; eſt dn̄s: ne faceret malū quod locutꝰ
fuerat adūſus ꝑplm̄ ſuū· Et reuerſus ē mo
yſes de mōte: portās duas tabulas teſtimo
nij in manu ſua ſcriptas vtraq; p̄te: ⁊ f̄cas
opere dn̄i Scriptura q̄q; dei erat ſculpta in
tabulis Audiēs aūt ioſue tumultū ꝑpli voci
ferātis· dixit ad moyſen· Vlulatus pugne
audit̄ in caſtris· Qui r̄ndit· Non eſt clamō
adhortantiū ad pugnā: neq; vociferatio cō
pellentiū ad fugā: ſed vocem cātantiū ego
audio Cūq; appropinq̄ſſet ad caſtra vidit vi
tulū et choros: iratuſq; valde ꝓiecit de ma
nu tabulas: ꝯfregit eas ad radicem mōtis
Arripiēſq; vitulū quē fecerāt ꝯbuſſit ⁊ cōt̄
uit vſq; ad puluerē: quē ſparſit in aquaꝫ: et
dedit ex ea potū filijs iſrl̄· Dixitq; moyſes
ad aaron Quid tibi fecit hic ꝑplus vt indu
ceres ſup eum peccatū maximū? Cui ille r̄n
dit· Ne indignet̄ dn̄s meꝰ· Tu em̄ noſti po
pulū iſtū ꝙ ꝓnus ſit ad malū· Dixerūt mi·
chi fac nobis deos qui nos p̄cedāt· Huic ei
moyſi qui nos eduxit de t̄ra egipti: neſcimꝰ
quid acciderit· Quibꝰ ego dixi Quis veſtꝝ
habet aurū? Tulerūt et dederūt michi· ⁊ ꝓ
ieci illud in ignē: egreſſuſq; ē hic vitulꝰ Vi
dens ḡ moyſes ꝑplm̄ ꝙ eſſet nudatꝰ: ſpolia·
uerat ei eū aaron ꝓpt̄ ignominꝫ ſordis· ⁊ in
ter hoſtes nudū ꝯſtituerat: et ſtās in porta
caſtroꝝ ait· Si quis ē dn̄i iūgat̄ mihi· Cō
gregatiq; ſunt ad eū oēs filij leui· Quibus
ait· Hec dicit dn̄s deus iſrl̄ Ponat vir gla
diū ſup femur ſuū Ite et redite de pōta vſ
q; ad portā ꝑ mediū caſtroꝝ: ⁊ occite vnꝰ
quiſq; f̄rem ſuū ⁊ amicū ⁊ ꝓximū ſuū Fece
rūtq; filij leui iuxta ſmōem moyſi: ceciderūt
q; in die illo q̄ſi trigintatria milia hoim̄ Et
ait moyſes· Cōſecraſtis manꝰ v̄ras hodie
dn̄o vnuſquiſq; in filio et in f̄re ſuo: vt det̄
vobis bn̄dictio Facto aūt altero die locutꝰ
eſt moyſes ad ꝑplm̄· Peccaſtis p̄tm̄ maxi
mū Aſcendā ad dn̄m: ſi quo mō eū quiuero
dep̄cari ꝓ ſcelere veſtro Reuerſuſq; ad dn̄m
ait· Obſecro dn̄e· peccauit ꝑplus iſte pecca
tū maximū: feceṙtq; ſibi deos aureos· Aut
dimitte eis hāc noxaꝫ: aut ſi nō vis dele me
de libro tuo quē ſcripſiſti Cui reſpōdit dn̄s
Qui peccaueṙit michi: delebo eū d̄ libro meo
Tu aūt vade: et duc ꝑplm̄ iſtū quo locutus
ſum tibi Angelus aūt meꝰ p̄cedet te· Ego
aūt in die vlti ōis viſitabo et hoc peccatum
eoꝝ· Percuſſit aūt dn̄s ꝑplm̄ ꝓ reatu vitu
li: quem fecerat aaron· CA· XXXIII·

Locutuſq; eſt dn̄s ad moyſen dicēs
I Vade et aſcende de loco iſto· tu et
ꝑplus tuꝰ quē eduxiſti de t̄ra egip
ti in t̄ram quaꝫ iuraui abrahā· yſaac· et ia·
cob dicēs ſemini tuo dabo eam: et mittam
p̄curſoreꝫ tui angelū· vt eiciā chananeum
et amorreū· et etheū et phereſeū· et eueū et
iebuſeū: et intres in t̄ram fluētem lacte et
melle Nō em̄ aſcendā tecū: qa populꝰ dure

ceruicis eſt: ne forte diſꝑdaꝫ te in via Au-
dienſq; populus ſmonē hūc peſſimū luxit ⁊
nullus ex more indutꝰ ē cultu ſuo · Dixitq;
dñs ad moyſen Loq̄re filijs iſrl̄. Populus
dure ceruicis es: ſemel aſcendã i medio tui
et delebo te Jam nūc depone ornatuꝫ tuū:
vt ſciã quid faciã tibi. Depoſuerunt ḡ filij
iſrl̄ · ornatum ſuuꝫ a mōte oreb Moyſes q̄ꝫ
tollēs tabnaculū · tetēdit ex̄t caſtra ꝓcul:
vocauitq; nomē eiꝰ tabnaculū federis. Et
oīs ꝑplus qui habebat aliquã queſtiōeꝫ · eḡ
diebat̄ ad tabnaculū federis extra caſtra.
Cūq; egrederet̄ moyſes ad tabnaculū ſur
gebat vniūſa plebs · et ſtabat vnuſq̄ſq; in
oſtio papiliōis ſui: aſpiciebãtq; tergū mo-
yſi donec ingrederet̄ tentoriū · Ingreſſo ãt
illo tabnaclm federis · deſcendebat colūna
nubis ⁊ ſtabat ad oſtiū: loquebat̄q; dñs cū
moyſe: cernentibꝫ vniūſis q̄ colūna nubis
ſtaret ad oſtiū tabnaculi. Stabãtq; ipſi ⁊
adorabãt p fores tabernaculoꝝ ſuoꝝ. Lo-
quebat̄ aūt dñs ad moyſen facie ad faciē.
ſic ſolet loqui homo ad amicū ſuū Cūq; ille
reuerteret̄ in caſtra: miniſter eiꝰ ioſue filiꝰ
nū puer nō recedebat de tabnaculo · Dixit
aūt moyſes ad deū p̄cipis vt educam ꝑplm
iſtū · ⁊ nō indicas michi quē miſſurꝰ ſis me
cū p̄ſertim cū dixeris · noui te ex noīe: ⁊ in-
ueniſti grãm coraꝫ me Si ergo inueni gra
tiã in ꝯſpectu tuo: oſtende michi faciem tu
am · vt ſciã te: et inueniã grãm an̄ oclos tu
os Reſpice ꝑplm tuū gentē hãc Dixitq; de-
us. Facies mea p̄cedet te · et requiem dabo ti
bi. Et ait moyſes. Si nō tuipſe p̄cedas: ne
educas nos de loco iſto In quo eñi ſcire po
terimꝰ ego et ꝑplus tuꝰ inueniſſe nos grãꝫ
in ꝯſpectu tuo · niſi ambulaueris nobiſcū: vt
glorificem̄ ab oībus ꝑplis qui habitãt ſup
terrã. Dixit aūt dñs ad moyſen · Et verbū
iſtud quod locutꝰ es faciã Inueniſti ei g̃-
tiam corã me: et teipſū noui ex noīe Qui
ait. Oſtende michi gloriã tuã. Rñdit Ego oſ̄
dam oē bonū tibi: ⁊ vocabor in noīe dñi
corã te: et miſerebor cui voluero · et clemēs
ero in quē michi placuerit. Rurſumq; ait.
Non poteris videre faciē meã. Nō eñi vide
bit me hō ⁊ viuet Et iterū. Ecce inq̄t eſt lo
cus apud me: et ſtabis ſup petrã. Cūq; trã
ſibit gloria mea · ponã te in foramine petre:
et ꝓtegam dextera mea donec trãſeã. Tol
lamq; manū meã: ⁊ videbis poſteriora mea:
faciē autem meã videre nō poteris.

CA. XXXIIII.

C deinceps p̄ſcide ait tibi duas ta
bulas lapideas inſtar priorū: et ſcri-
bã ſup eas vba q̄ habuerūt tabule q̄s fre-
giſti. Eſto ꝑatus mane · vt aſcēdas ſtatim
in montē ſynai: ſtabiſq; mecuꝫ ſup vticem
mōtis Nullꝰ aſcēdat tecū: nec videat̄ quiſ
piã p totū mōtem: boues q̄ꝫ ⁊ oues nō paſ
cant̄ ecōtra Excidit ḡ duas tabulas lapide
as · q̄les antea fuerãt: ⁊ denocte conſurgēs
aſcendit in mōteꝫ ſynai · ſic p̄ceperat ei dñs:
portãs ſecū duas tabulas Cūq; deſcēdiſſet
dñs p nubem: ſtetit moyſes cū eo · inuocãs
nomē dñi. Quo trãſeūte corã eo ait Dña-
tor dñe deus · miſericors et clemēs · patiens
et multe miſericordie · et verꝰ · q̄ cuſtodis mi
ſericordiã in milia · q̄ aufers iniq̄tatem ⁊ ſce
lera atq; peccata · nulluſq; apud te p ſe ino
cens eſt: qui reddis iniq̄tatem patrū filijs
ac nepotibꝫ in t̄ciam ⁊ q̄rtaꝫ ꝓgeniem Fe-
ſtinuſq; moyſes curuatꝰ eſt ꝓnꝰ in t̄ram: et
adorãs ait. Si inueni grãm in cōſpectu tuo
dñe: obſecro vt g̃diaris nobiſcū: ꝑplus eñi
dure ceruicis ē: vt auferas iniq̄tates nr̃as
atq; peccata · noſq; poſſideas Rñdit dominꝰ
Ego inibo pactū videntibꝰ cūctis: ſigna fa
ciam · que nūq̄ viſa ſūt ſup t̄ram: nec in vlſ
gentibꝫ: vt cernat ꝑplus iſte in cuiꝰ es me-
dio opꝰ dñi terribile qd̄ facturꝰ ſum. Obſ̄
ua cūcta que hodie mãdaui tibi · Ego ipſe
eiciam an̄ faciē tuã · amorreū et chananeū
et ethēū: pherezeū q̄ꝫ et eueū ⁊ iebuſeū Ca
ue ne vnq̄ cū habitatoribꝫ t̄re illiꝰ iūgas
amicicias q̄ tibi ſint in ruinã: ſꝫ et aras eoꝝ
deſtrue · et ꝯfringe ſtatuas: lucoſq; ſuccide
Noli adorare deū alienū. Dñs · zelotes nom̄
eius: deꝰ eſt emulator. Ne ineas pactū cuꝫ
hoībꝫ illarū regionū: ne cū fornicati fue-
rint cū dijs ſuis · et adorauerit ſimulacra eo
rū: vocet te quiſpiã · vt comedas de imola-
tis. Nec vxorē de filiabꝫ eoꝝ accipies filijs
tuis: ne poſtq̄ ipſe fuerint fornicate: forni
cari faciant in deos ſuos filios tuos. Deos
conflatiles nō facies tibi. Solēnitateꝫ azi
moꝝ cuſtodies. Septē diebus veſceris azi
mis: ſic p̄cepi tibi in tpe mēſis nouoꝝ. Mē
ſe eñi verni tpis egreſſus es de egipto Om
ne qd̄ apit vuluã generis maſculini · meuꝫ

erit· de cūctis aīantibꝫ· taꝫ de bobꝫ ꝙ̄ de oui
bꝫ meū erit· Primogenitū azini redimes
oue· Si aūt nec p̄ciū ꝓ eo dederis: occidet·
Primogenitū filioꝝ tuoꝝ redies: nec ap-
parebis in ꝯſpectu meo vacuꝰ· Sex diebꝰ
opaberis: die ſeptimo· ceſſabis arare ⁊ me
tere· Solēnitatē ebdomadaꝝ facies tibi·
in p̄miciis frugū meſſis tue tritice et ſolēni
tatē· qn̄ redeūte anni tpe cūcta ꝯdunt̄ Tri
bus tpibꝫ anni apparebit oē maſculinū
tuū: in ꝯſpectu oīpotentis dn̄i dei iſrl· Cū eni
tulero gētes a facie tua· et dilatauero t̄mi-
nos tuos· nullus inſidiabit̄ t̄re tue: aſcēden
te te· et apparente in ꝯſpectu dn̄i· dei tui· ter
in anno· Nō imolabis ſup fermēto ſangui
nē hoſtie mee: neqꝫ reſidebit mane de victi
mis ſolēnitatis phaſe· Primicias frugū t̄
re tue offeres in domo dn̄i dei tui· Nō coq̄s
hedū i lacte matris ſue Dixitqꝫ dn̄s ad mo
yſen Scribe tibi v̄ba hec: quibꝫ ⁊ tecū ⁊ cū
iſrl pepigi fedꝰ· Fuit ergo ibi cū dn̄o moy
ſes q̄draginta dies· et q̄draginta noctes:
panē nō comedit· et aquā nō bibit: ⁊ ſcͤpſit
in tabulis v̄ba federis decem· Cūqꝫ deſcēde
ret moyſes de mōte ſynai· tenebat duas ta
bulas lapideas teſtimonii: et ignorabat ꝙ
cornuta eſſet facies ſua: ex ꝯſortio ſmonis
dn̄i· Videntes aūt aaron et filii iſrl· cornu-
tā moyſi faciē: timuerūt ꝓpe accedere· Vo
catiqꝫ ab eo reūſi ſunt: tā aaron ꝙ̄ p̄ncipes
ſinagoge Et poſtꝙ̄ locutꝰ ē ad eos: venert̄
ad eū etiā oēs filii iſrl· Quibꝫ p̄cepit cūcta
que audierat a dn̄o in mōte ſynai· Imple-
tiſqꝫ ſmonibꝫ· poſuit velamē ſup faciē ſuā
Qd̄ ingreſſus ad dn̄m et loquēs cū eo· aufe
rebat donec exiret: et tūc loquebat̄ ad fili
os iſrl oia que ſibi fuerāt impata Qui vid̄
bāt faciem egrediētis moyſi eſſe cornutā:
ſed operiebat rurſus ille faciē ſuā: ſi quādo lo
quebatur ad eos· CA· XXXV·
Dit̄ ꝯgregata omni turba· filioꝝ iſrl· di-
xit ad eos· Hec ſūt que iuſſit dn̄s fieri Sex
diebꝫ facietis opꝰ Septiꝰ dies erit vob̄ ſā
ctus: ſabbatū et reqes dn̄i Qui fecerit opꝰ
in eo· occidet̄ Nō ſuccēdetis ignē in omibꝫ
habitaclis veſtris p diē ſabbati· Et ait mo
yſes ad oēm caterua filioꝝ iſrl· Iſte eſt ſ-
mo quē p̄cepit dn̄s dicēs· Separate apd̄ vos
p̄micias dn̄o· Ois voluntariꝰ et ꝓno aīo of-
ferat eas dn̄o Aurū et argentū et es· iacin



ctū et purpurā· coccūqꝫ biſtinctū et biſſuꝫ·
pilos capraꝝ· pelleſqꝫ arietū rubricatas ⁊
iacinctias: ligna ſethim· et oleū ad lumina
ria ꝯcinnanda· et vt ꝯficiat̄ vngentū ⁊ thy-
miama ſuauiſſimū: lapides onichinos ⁊ gē
mas ad ornatū ſuphumeral et rōnal Quiſ
quis veſtrū ſapiēs eſt· veniat ⁊ faciat quod
dn̄s impauit tabnaculū· ſcilicet et tectum
eius atqꝫ opimentū· anulos ⁊ tabulata cuꝫ
vectibꝫ· paxillos ⁊ baſes· archā et vectes· ꝓ
piciatoriū et velū quod añ illud appendit̄:
mēſam cū vectibꝫ· et vaſis ⁊ ꝓpoſitiōis pa-
nibꝫ· candelabrū ad lumiaria ſuſtētāda· va
ſa illiꝰ et lucnas· et oleū ad nutrimēta igni-
um: altare thimiamatis et vectes· et oleuꝫ
vnctionis et thimiama ex aromatibꝫ: ten-
toriū ad oſtiū tabernacli· altare olocauſti ⁊
craticulam eiꝰ eneā cū vectibꝫ et vaſis ſu
is: labrū et baſes eiꝰ: cortinas atrii cū colū
nis ⁊ baſibꝫ· tentoriū in foribꝫ veſtibuli· pa
xillos tabnacli ⁊ atrii cū funiclis ſuis: veſti
mēta quoꝝ vſus eſt in miſterio ſanctuarii:
veſtes aaron pontificis ac filioꝝ eiꝰ: vt ſac
dotio fūgant̄ michi Egreſſaqꝫ oīs mltitu
do filioꝝ iſrl· de ꝯſpectu moyſi: obtulert̄ mē
te ꝓmtiſſima atqꝫ deuota· p̄micias dn̄o· ad
faciendū opꝰ tabnacli teſtimonii· Quidqd̄
ad cltū ⁊ ad veſtes ſanctas neceſſariū erat·
viri cū mulieribꝫ p̄buerūt: armillas: et inau
res anulos et dextralia Oīe vas aureū in
donaria dn̄i ſeparatū eſt· Si quis hēbat iacin
ctū et purpurā· coccūqꝫ biſtinctū· biſſū· ⁊ pi
los caprarū· pelles arietū rubricatas ⁊ iaci
ctinas· argenti et auri· eriſqꝫ metalla obtu
lerunt dn̄o: lignaqꝫ ſethim in varios vſus·
Sed ⁊ mulieres docte q̄ nerāt dederūt· ia
cinctū· purpurā· et vermiculū ac biſſū· ⁊ pi-
los caprarū: ſponte ꝓpria cūcta tribuētes·
Principes vero obtulert̄ lapides onichinos et
gēmas ad ſuphūerale ⁊ rōnale aromāqꝫ ⁊
oleū ad lumiaria ꝯcinnāda: ⁊ ad ꝓparandū
vngentū· ac thimiama odoris ſuauiſſimi ꝯpo-
nendū· Oēs viri ⁊ mlieres mēte deuota ob
tulerūt donaria: vt fierēt opa que iuſſerat
dn̄s p manū moyſi Cūctiqꝫ filii iſrl· volūta-
ria dn̄o dedicauerūt Dixitqꝫ moyſes ad fi-
lios iſrl Ecce vocauit dn̄s ex noīe beſeleel fi
liū huri· filii hur· de tribu iuda: impleuitqꝫ
eum ſpiritu dei· ſapientia· et intelligentia ⁊
ſcientia· ⁊ omni doctrina: ad excogitandū

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

et faciendum opus in auro et argento et
ere et ferro・ſculpendiſqꝫ lapidibus・et ope-
re carpentario・Quicqd fabre adiueniri po
teſt・dedit in corde ei9・Dolíab qꝫ filiū achi
ſamech・de tribu dan Ambos erudiuit ſapi
entia: vt faciāt opa abietarij polimitarij ac
plumarij de iacincto ⁊ purpura・coccoqꝫ bi
ſtincto ⁊ biſſo et texant oia: ac noua queqꝫ
reperiant・ CA・ XXXVI・

Ecit ergo beſeleel・et ooliab・et ois
f vir ſapiēs・quibꝫ dedit dn̄s ſapien
tiā ⁊ intellectū・vt ſcirēt fabre ope
rari que in vſu ſāctuarij neceſſaria ſunt: ⁊ q̄
p̄cepit dn̄s Cunqꝫ vocaſſet eos moyſes et
oēm eruditū virū・cui dederat dn̄s ſapiēti-
am・et qui ſponte ſua obtulerūt ſe ad faciē
dū op9: tradidit eis oia donaria filioꝝ iſrl
Qui cum inſtarēt operi quotidie: mane vo
ta p̄plus offerebat・Vnde artifices venire c̄
pulſi・dixerūt moyſi・Pl9 offert p̄plus q̄ ne
ceſſariū eſt Iuſſit ergo moyſes・p̄conis vo
ce cantari・Nec vir nec mulier quicq̄ offe-
rat vltra in opere ſanctuarij Sicqꝫ ceſſatū
eſt a muneribꝫ offerēdis・eo q̄ oblata ſuffi
cerent et ſupabundarent・Feceruntqꝫ om̄es
corde ſapientes ad explēdum opus tabna-
culi cortinas decem: de biſſo retorta et iaci
ncto ⁊ purpura・coccoqꝫ biſtincto: opere va
rio・et arte polimita・Quarū vna habebat
in longitudine vigintiocto cubitos: ⁊ i lati
tudie quatuor・vna mēſura erat omniū cor
tinarū・Coniunxitqꝫ cortinas quiqꝫ alterā
alteri: et alias quinqꝫ ſibiīuicē copulauit・
Fecit et anſas iacinctias in ora cortine vni
us ex vtroqꝫ latere・et in ora cortine alteri
us ſimilit̄: vt contra ſemuicem venirēt an
ſe: et mutuo iūgerent̄ Vnde et quiquagin
ta fudit circulos aureos・qui morderēt cor
tinarū anſas: et fieret vnū tabnaculum Fe
cit ⁊ ſaga vndeciꝫ・de pilis caprarū・ad ope
riendū tectum tabernacli・Vnū ſagū in lon
gitudine habebat cubitos triginta・et in la
titudine cubitos quatuor・Vnius menſure
erant omnia ſaga Quoꝝ quinqꝫ iunxit ſeor-
ſum: et ſex alia ſepatim・Fecitqꝫ anſas qui
quaginta in ora ſagi vni9・et quiquaginta
in ora ſagi alteri9 vt ſibiīuicē iungerent̄:
et fibulas eneas quiquaginta quibꝫ necte-
retur tectū: vt vnū pallium ex omibus ſa-
gis fieret・Fecit et opertoriū tabernacli de
pellibus arietū rubricatis: aliudqꝫ deſupēr
velamē de pellibus iacinctinis Fecit ⁊ tabu
las tabernaculi de lignis ſethim ſtātes De
cem cubitorū erat longitudo tabule vni9:
et vnū ac ſemis cubitū latitudo retinebat・
Bine incaſtrature erant p ſingulas tabu-
las: vt altera alteri iūgeretur Sic fecit in
omnibꝫ tabernaculi tabulis E quibus vigi
ti ad plagam meridianā erāt ɔtra auſtrū:
cum quadraginta baſibus argenteis Due
baſes ſub vna tabula ponebātur ex vtraqꝫ
parte angulorū: vbi incaſtrature laterum
in angulis termiantur Ad plagam qꝫ tab
naculi que reſpicit ad aquilonē fecit vigin
ti tabulas cum quadraginta baſibus argē
teis: duas baſes p ſingulas tabulas Cōtra
occidentem vero id eſt ad eam ptem taber-
naculi que mare reſpicit・fecit ſex tabulas:
⁊ duas alias per ſingulos angulos taberna
culi retro que iūcte erāt a deorſum vſqꝫ ſur
ſum: et in vnā compagem pariter fereban
tur・Ita fecit ex vtraqꝫ parte per anglos:
vt octo eſſent ſimul tabule・et haberent ba-
ſes argenteas ſedecim: binas ſcilicet baſes
ſub ſingulis tabulis Fecit ⁊ vectes de ligis
ſethim quinqꝫ ad cōtinendas tabulas vni
us lateris tabernaculi: et quiqꝫ alios ad al-
terius lateris coaptandas tabulas: et ext̄
dos・quinqꝫ alios vectes ad occidētalē pla-
gam tabernaculi contra mare・Fecit qꝫ ve-
ctem alium: qui per medias tabulas ab an-
glo vſqꝫ ad angulū pueiret・Ipſaāt tabu-
lata deaurauit: fuſis baſibus earū argente
is・Et circulos eorū fecit aureos・per quos
vectes induci poſſent: quos ⁊ ipſos laminis
aureis operuit・Fecit et velum de iacincto ⁊
purpura・vermiculo ac biſſo retorta ope po
limitario variū atqꝫ diſtinctū: et quatuor
colūnas de lignis ſethim・quas cū capitibꝫ
deaurauit: fuſis baſibus earum argenteis・
Fecit ⁊ tentoriū in introitu tabernaculi ex
iacincto・purpura vermiculo・biſſoqꝫ retor-
ta opere plumarij et colūnas quiqꝫ cū capi
tibꝫ ſuis quas operuit auro, baſeſqꝫ earū fu
dit eneas・et operuit auro・

CA・ XXXVII・

Ecit aūt beſeleel・et archā d̄ lignis
f ſethim・habentem duos ſemis cubi
tos i longitudine: et cubitū ac ſemiſſem in
latitudine・altitudo qꝫ vni9 cubiti fuit et di



BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

midij Veſtiuitqꝫ eam auro puriſſimo intus
et foris Et fecit illi coronā aureā per girū.
conflans quatuor anulos aureos per qua-
tuor āgulos eiꝰ: duos anulos ī latere vno:
et duos in altero Vectes qꝫ fecit de lignis
ſethim. quos veſtiuit auro: et quos miſit in
anulos qui erant in lateribꝫ arche ad portā
dū eam. Fecit ⁊ ꝓpiciatoriū id eſt oraculū
de auro mūdiſſimo. duorū cubitorum et di-
midij in longitudine: et cubiti ac ſemis ī la
titudine Duos etiā cherubim ex auro ducti
li quos poſuit ex vtraqꝫ parte ꝓpiciatorij:
cherub vnū in ſūmitate vnius partis ⁊ che
rub alterū in ſūmitate partis alterius Du
os cherubim in ſingulis ſūmitatibus ꝓpicia
torij: extendentes alas. et tegentes ꝓpicia
toriū: ſeqꝫ mutuo et illud reſpicientes. Fec
et mēſam de lignis ſethim. ī longitudie du
orum cubitorū. et in latitudine vnius cubi
ti: que habebat in altitudine cubitū ac ſe-
miſſem Circūdeditqꝫ eam auro mūdiſſimo
et fecit illi labiū aureum per gyrū: ipſiqꝫ la
bio coronam auream. in terraſilem quatu-
or digitorū: et ſuper eandem. alteram coro
nam aureā. Fudit et quatuor circulos aure
os. quos poſuit in quatuor angulos per ſin
gulos pedes menſe cōtra coronam: miſitqꝫ
in eos vectes vt poſſit mēſa portari: ipſos qꝫ
vectes. fecit de lignis ſethim. et circūdedit
eos auro. Et vaſa ad diuerſos vſus menſe.
acetabula. fialas. et ſciatos ⁊ thuribula ex
auro puro: in quibus offerenda ſūt libami
na. Fecit ⁊ candelabrū ductile. de auro mū
diſſimo De cuiꝰ vecte: calami. ſciphi. ſperu
leqꝫ ac lilia ꝓcedebant: ſex in vtroqꝫ latere
Tres calami ex parte vna: et tres ex alte-
ra Tres ſciphi in nucis modū per calamos
ſingulos ſperuleqꝫ ſimul et lilia: et tres ſci-
phi inſtar nucis in calamo alterō. ſperuleqꝫ
ſimul et lilia. Equū erat opus ſex calamo-
rū: qui ꝓcedebāt de ſtipite cādelabri. In ip
ſo autē vecte erant quatuor ſciphi in nucis
modū ſperuleqꝫ per ſingulos et lilia: et ſpe-
rule ſub duobus calamis ꝑ loca tria: qui ſi-
mul ſex ſiūt calami. ꝓcedentes de vecte vno
Et ſperule igitur ⁊ calami ex ipſo erāt: vni
uerſa ductilia ex auro puriſſimo. Fecit ⁊ lu
cernas ſeptē cum emunctorijs ſuis. et vaſa
vbi ea que emūcta ſunt extinguātur: de au
ro mūdiſſimo. Talentū auri appēdebat cā-
delabrum cū omnibus vaſis ſuis Fecit ⁊ alta
re thimiamatis de lignis ſethim. per quadrū
ſingulos habens cubitos et in altitudie du
os: e cuiꝰ angulis ꝓcedebant cornua: veſti
uitqꝫ illud auro puriſſimo. cū craticula ac
parietibus. et cornibus. Fecitqꝫ ei coronā
aureolam per girū: et duos anulos aureos
ſub corona per ſingula latera: vt mittantur
in eos vectes. et poſſit altare portari. Ipſos
aūt vectes fecit de lignis ſethim: et opuit
laminis aureis Compoſuit ⁊ oleū ad ſancti
ficatōis vngentū: et thimiamā de aromati
bus mūdiſſimis. opere pigmentarij.

CA. XXXVIII.

Fecit et altare olocauſti de lignis ſe
thim. quinqꝫ cubitorū per quadrū
et trium in altitudine: cuiꝰ cornua
de angulis ꝓcedebant: opuitqꝫ illud lamis
eneis. Et in vſus eiꝰ pauit ex ere vaſa diu-
ſa: lebetes. forcipes. fuſcinulas. vncinos. et
ignium receptacla. Craticulamqꝫ eius in mo-
dum retis fecit eneā: et ſubter eam in alta
ris medio arulā fuſis quatuor anulis per
totidem retiaculi ſūmitates: ad imitādas
vectes ad portandū. Quos et ipſos fecit de
lignis ſethim et operuit laminis eneis: in-
duxitqꝫ in circulos qui in lateribus altaris
eminebant Ipſū aūt altare non erat ſoli-
dum. ſed cauū. ex tabulatis: et intus vacu-
um Fecit et labrū eneū cum baſi ſua: de ſpe-
culis mulierū que excubabāt in oſtio taber-
naculi Fecit et atriū. in cuius auſtrali pla-
ga erāt tentoria de biſſo retorta cubitorū
centū: colūne enee viginti cū baſibus ſuis
Capita colūnarū ⁊ tota operis celatura ar-
gentea. Eque ad ſeptētrionalem plagam.
tentoria calūne et baſeſqꝫ et capita calum
narū eiuſdem menſure et operis ac metalli
erant. In ea vero plaga que ad occidentē
reſpicit fuerūt tentoria cubitorum quinqua
ginta. colūne decem cū baſibus ſuis enee:
et capita colūnarū. et tota opis celatā ar-
gentea. Porro cōtra orientem quinquagin
ta cubitorū parauit tentoria. e quibꝫ quin
decim cubitos colūnarum triū cū baſibꝰ ſu
is vnū tenebat latus: et in parte altera. qua
inter vtraqꝫ introitū tabernaculi fecit. quin
decim eque cubitorū erant tentoria: colum
neqꝫ tres et baſes totidem. Cūcta atrij ten
toria biſſus retorta texuerat. Baſes colū-

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

narum fuere enee: capita aūt earū cum cū
ctis celaturis ſuis argentea: ſed et ipſas co
lūnas atrij veſtiuit argento· Et in introitu
eiꝰ ope plumario fecit tentoriū· ex iacicto
purpura· vermicſo ac biſſo retorta· qđ habe
bat viginti cubitos in longitudine: altitu
do vero quinqꝫ cubitorū erat· iuxta menſu-
ram cūcta atrij tentoria habebāt· Colūne
aūt in ingreſſu fuere quatuō· cū baſibꝫ ene
is: capitaqꝫ earū et celature argentee· Pa
xillos qꝫ tabernacli et atrij per girum fecit
eneos· Hec ſunt inſtrumēta tabernaculi te
ſtimonij que enumerata ſunt iuxta p̄ceptū
moyſi in cerimonijs leuitarū per manū itha
mar filij aaron ſacerdotis· que beſeleel filiꝰ
huri filij hur̄ de tribu iuda dn̄o per moyſen
iubente cōpleuerat: iūcto ſibi ſocio ooliab
filio achiſamech de tribu dan: qui et ip̄e ar
tifex lignorū egregius fuit· ⁊ polimitariꝰ·
atqꝫ plumariꝰ· ex iacincto· purpura· vermi
culo et biſſo· Om̄e aurū quod expenſuꝫ eſt
in opere ſanctuarij· et quod oblatū eſt in do
narijs viginti et nouem talentorū fuit· ⁊ ſe
ptingentorūtrigita ſiclorꝫ: ad menſurā ſā
ctuarij· Oblatū eſt aūt ab his qui tranſie-
runt ad numeruꝫ a viginti annis et ſup̄: de
ſexcentiſtribꝫ milibꝫ et quīgentis qn̄quagi
ta armatorū· Fuerunt p̄terea centū talen-
ta argenti: e quibus ꝯflate ſunt baſes ſan-
ctuarij· et introitus vbi velum pendet Cen-
tum baſes facte ſunt de talentis centū: ſin
gulis talētis per baſes ſingulas ſupputatis
De mille autem ſeptingentis et ſeptuagi-
taquinqꝫ fecit capita columnarum: quas ⁊
ipſas veſtiuit argento· Eris quoqꝫ oblata
ſunt talenta ſeptuagintaduo milia· et qua
dringenti ſupra ſicli: ex quibus fuſe ſunt ba
ſes in introitu tabernaculi teſtimonij· et al
tare eneum cum craticula ſua· Omniaqꝫ va
ſa que ad vſū eius pertinent: ⁊ baſes atrij·
tam in circumitu q̄꞉ in ingreſſu eius: ⁊ pax
illi tabernaculi atqꝫ atrij per gyrum·

CA· XXXIX·

b De iacincto vero et purpura· vermi-
culo ac biſſo· fecit veſtes· quibꝰ in-
dueretur aaron· quando miniſtrabat in ſan
ctis: ſicut precepit dominꝰ moyſi· Fecit igi
tur ſuperhumerale de auro· iacincto et pur
pura· coccoqꝫ biſtincto ⁊ biſſo retorta: ope
re polimitario Inciditqꝫ bracteas aureas·

et extenuauit in fila vt poſſent torqueri cū
priorum colorum ſub tegmine: duaſqꝫ oras
ſibiinuicem copulatas in vtroqꝫ latere ſum
mitatum· et baltheum ex eiſdem coloribus
ſicut preceperat dominus moyſi Parauit ⁊
duos lapides onichinos aſtrictos et inclu-
ſos auro: et ſcuptos arte gemmaria nomi-
nibus filiorum iſrahel· Sex nomina in lapi-
de vno· et ſex in altero: iuxta ordinem nati-
uitatis eorum· Poſuitqꝫ eos in lateribꝫ ſu
perhumeralis· in monimentum filiorum iſ-
rahel: ſicut preceperat dominꝰ moyſi· Fecit
et rationale opere polimito· iuxta opus ſup
humeralis· ex auro· iacincto· purpura coc-
coqꝫ biſtincto et biſſo retorta: quadrangu
lum· duplex· menſure palmi: et poſuit in eo
gemmarū ordines quatuor· In primo ver
ſu erat ſardius· topaſus· ſmaragdus: in ſe-
cundo carbunculus ſaphirus· iaſpis: in ter
cio· ligurius· achates· amatiſtus: in quar-
to· criſolitus onichinus· et berillus: circum
dati et incluſi auro per ordines ſuos Ipiqꝫ
lapides duodecim· ſculpti erant nominibus
duodecim tribuū iſrahel: ſinguli per nomia
ſingulorum· Fecerunt in rationali et cathe
nulas ſibiinuicem coherentes de auro puriſ
ſimo: ⁊ duos vncinos· totidemqꝫ anulos au
reos· Porro anulos poſuerunt in vtroqꝫ la
tere rationalis ex quibus penderent due ca
thene auree: quas inſeruerunt vncinis que
in ſuperhumeralis angulis eminebāt· Hec
et ante et retro ita cōueniebant ſibi: vt ſu
perhumerale et rationale mutuo necteren
tur· ſtricta ad baltheum et anulis fortiꝰ co
pulata· quos iungebat vitta iacinctia · ne
laxa fluerent et a ſeinuicem mouerentur: ſi
cut precepit dominꝰ moyſi· Fecerūt quoqꝫ
tunicam ſuperhumeralis totaꝫ iacinctinā·
et capicium in ſuperiori parte contra me-
dium· oramqꝫ per gyrum capicij textilem:
deorſum autem ad pedes malapunica ex ia
cincto· purpura· vermiculo ac biſſo retorta:
et tintinnabula de auro puriſſimo· que po-
ſuerūt inter malagranata in extrema par
te tunice per gyrum: tintinnabuluꝫ autem
aureum et malūpunicum: quibus ornatus
incedebat pontifex quando miniſterio fun-
gebatur· ſicut precepit dominꝰ moyſi· Fe-
cerunt et tunicas biſſinas opere textili aa-
ron ⁊ filijs eius ⁊ mitras cū coronulis ſuis



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

ex biſſo: femmalia quoqꝫ linea biſſina: cin-
gulum vero de biſſo retorta· iacincto· pur-
pura· ac vermiculo: diſtinctũ arte pluũaria· ſicut
preceperat dominꝰ moyſi· Fecerunt et lami
nam ſacre venerationis de auro puriſſimo:
ſcripſeruntqꝫ in ea opere gemmario ſanctũ
domini: et ſtrinxerunt eaꝫ cum mitra vitta
iacinctina· ſicut preceperat dominꝰ moyſi·
Perfectum eſt igitur omne opus taberna-
culi et tecti teſtimonij· Feceruntqꝫ filij iſra
hel cuncta que preceperat dominꝰ moyſi: et
obtulerũt tabernaculũ· et tectum· et vniuer
ſam ſuppellectilem: anulos· tabulas· vectes·
columnas· ac baſes· opertorium de pellibus
arietum rubricatis· et aliud opertimentũ de
iacinctinis pellibus: velum· archam· vectes·
propiciatorium· menſam cum vaſis ſuis· et
ꝓpoſicionis panibus· candelabrum· lucer-
nas· et vtenſilia earuꝫ cum oleo: altare au
reum· et vngentum· ⁊ thimiama ex aroma
tibus· ⁊ tentorium in introitu tabernaculi·
altare eneum· retiacalum· vectes· et vaſa ei
us omnia: labrum cũ baſi ſua· tẽtoria atrij·
et colũnas cũ baſibꝰ ſuis tẽtoriũ i introitu
atrij· funiculoſqꝫ illius et paxillos Nichil ex
vaſis defuit: que in miſteriũ tabernaculi et
in tectum federis iuſſa ſunt fieri · Veſtes qꝫ
quibus ſacerdotes vtũtur in ſanctuario aa
ron ſcilicet et filij eius· obtulerunt filij iſra-
hel: ſicut preceperat dominꝰ Que poſtq̃ moy
ſes cuncta vidit completa: bñdixit eis·

CA· XL·

Locutuſqꝫ eſt dominus ad moyſen
dicẽs· Menſe primo prima die mẽ-
ſis eriges tabernaculuꝫ teſtimonij: ⁊ pones
in eo archam· dimitteſqꝫ ante illam velum:
et illata menſa· pones ſuper eam que rite ꝑ
cepta ſunt· Candelabrum ſtabit cum lucer
nis ſuis et altare aureum: in quo adoletur
incenſum coram archa teſtimonij· Tento-
rium in introitu tabernaculi teſtimonij po-
nes: et ante illud altare olocauſti· Labrum
inter altare et tabernaculum: quod implebis
aqua· Circumdabiſqꝫ atrium tentorijs: et
ingreſſuꝫ eius· Et aſſumpto vnctionis oleo
vnges tabernaculum cum vaſis ſuis vt ſan
ctificentur: altare olocauſti et omnia vaſa
eius: labrum cum baſi ſua· Omnia vnctio-
nis oleo conſecrabis: vt ſint ſancta ſancto-
rum · Applicabiſqꝫ aaron et filios eius ad
fores tabernaculi teſtimonij: et lotos aqua
indues ſanctis veſtibus· vt miniſtrent mi-
chi: et vnctio eorum in ſacerdotium ſempi
ternuꝫ proficiat· Fecitqꝫ moyſes omia que
preceperat dominus · Igitur menſe primo
anni ſecundi· ꝑma die menſis· collocatũ eſt
tabernaculum· Erexitqꝫ moyſes illud et po
ſuit tabulas · ac baſes et vectes: ſtatuitqꝫ
columnas· et expandit tectum ſuper taber-
naculuꝫ: impoſito deſuper opertimento· ſicut
dominꝰ imperauerat· Poſuit et teſtimoni-
um in archa· ſubditis infra vectibus: et ora
culum deſuper· Cumqꝫ intuliſſet archam in
tabernaculum teſtimonij: appendit ante eã
velũ vt expleret domini iuſſionẽ· Poſuit ⁊
menſã in tabernaculo teſtimonij ad plagã
ſemptentrionalem extra velum: ordiatis co
ram ꝓpoſitionis panibus: ſicut preceperat
dominꝰ moyſi· Poſuit et candelabruꝫ in ta
bernaculo teſtimonij eregione menſe· in pã
te auſtrali: locatis per ordinem lucernis iu
xta preceptum domini· Poſuit ⁊ altare au
reum ſub tecto teſtimonij contra velum: et
adoleuit ſuper eo incenſum aromatuꝫ: ſicut
iuſſerat dominꝰ moyſi· Poſuit et tentoriuꝫ
in introitu tabernaculi teſtimonij· et altare
olocauſti in veſtibulo teſtimonij: offerens
in eo olocauſtum et ſacrificia vt dominus
imperauerat· Labrum qꝫ ſtatuit inter tab
naculum teſtimonij et altare implens illud
aqua laueruntqꝫ in eo moyſes et aaron ac
filij eius manus ſuas ac pedes· cum ingrede
rentur tectum federis· et accederent ad al-
tare· ſicut preceperat dominꝰ moyſi· Erexit
⁊ atrium per gyruꝫ tabernaculi et altaris:
ducto in introitu eiꝰ tentorio· Poſtq̃ om
nia perfecta ſunt operuit nubes tabernacu
lum teſtimonij: et gloria domini impleuit
illud· Nec poterat moyſes ingredi tectum
federis: nube operiente omnia· et maieſtate
domini choruſcante: quia cuncta nubes ope
ruerat· Si quando nubes tabernaculum de
ſerebat: proficiſcentur filij iſrahel per tur-
mas ſuas· Si pendebat deſuper: manebant
in eodeꝫ loco· Nubes quippe domini incuba
bat ꝑ diẽ tabnaculo· ⁊ ignis i nocte: viden-
tibꝰ cũctis ꝓplis iſrl̃ ꝑ cũctas mãſiões ſuas

Explicit helleſmothid eſt exodꝰ· Incipit
vagetra id ẽ leuiticꝰ· CA· PRIMVM